

Datum Romæ ex ædibus S. Congnis de Prop. Fide, die et anno ut supra. Gratis sine ulla omnino solutione quocumque titulo.

(Signatus), AL. BARNABO, a secretis.

Item Archiepiscopi Quebecensis et Marianopolitanus una cum suis suffraganeis humiliter petunt ut in festis Epiphaniæ, Ascensionis et Immaculatæ Conceptionis B. M. V, liceat operariis laborare, retenta tamen obligatione missam audiendi in his diebus. Ratio est, quia aliter familiarum suarum et suis necessitatibus non possunt providere : sunt enim in potestate acatholicorum.

FERIA V. DIE 28 JANUARIII 1892.

S. Smus D. N. D. LEO Div. Prov. Papa XIII, in solita audientia R. P. D. Adessori S. O. impertita, audita suprascripti supplicis libelli relatione et præhabito RR. DD. Consultorum S. O. voto, necnon Emorum ac Rmorum D. D. Cardinalium Gen. Inquisitorum suffragio : quoad I nempe quoad postulatum RR. PP. DD. Archiepiscoporum Quebecensis, Marianopolitani et Ottaviensis cum respectivis suffraganeis pro reductione festorum, benigne annuit pro gratia juxta preces in terminis rescripti S. Congreg. de Propaganda Fide sub die XIII Maii anni 1855—Quoad II vero nempe quoad postulatum RR. PP. DD. Archiepiscoporum Quebecensis et Marianopolitani cum respectivis suffraganeis pro facultate vacandi servilibus in quibusdam diebus festis, retenta obligatione interessendi S. Missæ Sacrificio, Smus respondendum mandavit : Non expedire.—Contrariis non obstantibus quibuscumque.

(Signatus), J. MANCINI, S. R. et U. I. Not. P.

OBIŒUAIRE

Sa Béatitude Mgr GREGORIOS YOUSSEF 1er, Patriarche d'Alexandrie, de Jérusalem et de tout l'Orient, décédé le 13 juillet à Damas.

Il était né à Rosette, Egypte, et avait été sacré évêque d'Acre en 1856 ; devenu patriarche en 1864.